Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



141

turi enim extrinsus ignorantia incerta est. et dum mori quisque non estimat tollitur. Hanc diabolus incertos eos quos uiuentes accendit ad uicia. subito morientes protrahere nititur ad tormenta. et repente hora qua nesciunt. in puncto rapiuntur: atque eternis gehenne incendis deputantur. De quibus scriptum est. Ducunt in bonis dies suos. et in puncto ad inferna descendunt. Praue enim animas hominum. apostate angeli excipiunt a corpore exeuntes. ut sint eis ipsi tortores in penis. quia fuerunt suasores iniquitatis. finem uero iustae optimum. uocatio tranquilla non numquam commodat. ut ex eo intelligant ad secretae angelorum pertinere consortium. ex quo ab hoc corpore sine dura uexatione tollunt. unde et patribus quanuis pietas iubeat flere. fides tamen uetat lugere. Illum uero si deploranti quos baratrus obsorbet infernum. non quos aula letificandos excipit paradysi. Legimus de quodam sene. qui moriebatur in scyti. et circumdederunt fratres lectum eius. et uestierunt eum et cepunt flere. Ille autem aperuit oculos suos. et risit. Addiecerunt tum ridere. hoc autem factum est tertio. Quod cum uiderent fratres. rogauerunt eum dicentes. Die nobis abba. quare nobis flentibus tu rides. Et dixit eis. Primo risi. quia uos timetis mortem. Secundo risi. quia non estis parati. Tertio risi. quia ex labore ad requiem uado. Hoc cum dixisset. statim clausit oculos senex in morte. Dicebant et de abbate sysoio. quo indie dormitionis suae cum sederent circa eum fratres. splenduit tamquam sol facies eius. et dixit eis. Ecce abbas antonius uenit. Et post pusillum. rursum dicit eis. Ecce chorus prophetarum uenit. Et tum facies eius resplenduit. et dixit. Ecce chorus apostolorum uenit. Et duplicitum refulsit adhuc facies eius. et ecce ipse quasi cum aliquibus loquebatur. Deprecatus autem illum dicentes senes. Cum quo loqueris pater. Qui dixit eis Ecce angeli uenerunt accipere me et rogo ut dimittar penitere modicum. Dicunt ei seniores. Non indiges penitentia pater. Dixit autem illis. Vere nescio me ipsum utrum sufficiat penitendi. Et cognouerunt omnes quia profecit et. et rursum facta est facies eius sicut sol. et timuerunt omnes. Dixit autem eis. Videte ecce dominus uenit dicens. Afferam uas electionis heremi. Et continuo reddidit spiritum. Et facto fulgore repletum est locus totus ille odore suauitatis.

De Innocentia. Lxxxvii.

Ille uero innocens est. qui nec aliis nec sibi nocet. Qui uero semetipso nocet. quanuis aliis non noceat. innocens non est. De peccatis enim innocentia cordis confidens dauid aiebat. Iudica me domine. et c. Et rursum. Ego autem in innocentia mea ingressus sum. et in domino sperans. Et interrogans dominum quos habitaret in monte sancto eius. aut quos requiesceret in tabernaculo eius. Responsum audiuit diuinum dicens. Innocens manibus et mundo corde. qui non accepit in uano animam suam. nec iuraui in dolo proximo suo. hic accipiet benedictionem a domino. et misericordiam a deo salutari suo. Gaude innocentia. et exulta. Gaude inquam. quia ubique illesa es. et secura. Si temptaris proficis. Si humiliaris. eriteris. Si pugnas uincis. Si occideris coronaris. Tu inseruiuit. tuae libera es. in periculis tuta. In custodia leta. Tibi omnis reatus adicitur. et unusquisque malitia subiugatur. Te potentes honorant. suscipiunt principes. magnati exquirunt. etiam illi non numquam desiderant. qui impugnant. Tibi boni parent. mali inuident. Zelant emuli. im